



Annei Lucij Senece de quatuor virtutibus Liber incipit.

Quatuor virtutum species multorum sapientium sententiarum diffinitae sunt: quibus humanus animus cooptus ad honestatem vite possit accedere. Primum est prudentia. Secunda magnanimitas. Tertia continentia. Quarta iustitia. Singule igitur his officii sunt quae subter annexa sunt: honestum ac morigeratum virum efficiunt.

De prudentia.

Py 300

Quis ergo prudentiam sequi desideras tunc per rationes recte viues: si oia prius existimes et perpenses: et dignitatez rebus: non ex opinione multorum sed ex earum natura constituas. Nam scire debes: quia sunt quae videntur bona esse et non sunt. Quaedam vero non videntur bona esse et sunt. Quaecumque autem ex rebus transitorijs possides non mireris: nec magni existimes quod caducum est: ne apud te quae habes tanquam aliena seruabis: sed pro te tanquam tua dispenses et utaris. Si prudentiam amplecteris ubique idem eris: et put rerum et temporis varietas erigit. Ita te accommodes temporibus: nec te in aliquibus mutes sed potius aptes. Sicut manus quae eadem est et cum in palmarum extenditur: et cum in pugnam astringitur. Prudentis est examinare consilia: et non cito facili credulitate ad falsa probari. De dubijs non diffinitas sed suspensam tene sententiam. Nichil affirmes quia non omnis verisimilitudo statim verum est. Sicut et sepius quod primum in credibile videtur non continuo falsum est. Crebro siquidem faciem mendacij veritas retinet. Crebro mendacium specie veritatis occulit. Nam sicut aliquando triste frontem amicus: et blandam adulatorum ostendit. Sic verisimilitudo coloratur et ut fallat vel surripiat conatur. Si prudens esse cupis in futura prospectum intende: et quae possint contingere ante oculos tuos cuncta proponere. Nichil tibi subitum sit: sed totum ante prospectum aspicias. Nam qui prudens est non dicit: non putavi hoc fieri: quia non dubitat sed expectat: non suspicatur sed cauet. Cuiuscumque causam requirere: et cum in initia inuenerit exitum cogitabis. Scito in quibusdam te perseverare debere: quia cepisti. Quaedam vero nec incipere in quibus perseverare est noxium. Prudens fallere non vult: nec falli po-

test. Opiniões tue iudicia sint. Cogitatiões vagas ⁊ velut som-
 nio similes nõ recipies: quibus si animũ tuũ oblectaueris cum
 oĩa disposueris tristis remanebis: sed cogitatio tua stabilis sit
 ⁊ certa: siue deliberet: siue querat: siue cõtemplet: non recedat a
 vero. Sermo quoq; tuus nõ sit inanis: sed aut suadeat: aut mo-
 neat: aut cõsoleat: aut precipiat. Lauda parce: vitupera parcius
 Sistr enĩ reprebensibilis est nimia laudatio vt imoderata vitu-
 peratio. illa siquidẽ adulatiõe: ista malignitate suspecta ẽ. Te-
 stimoniũ veritati nõ amicitie reddas. Cũ consideratiõe promit-
 te. plenius q̃ promiseris presta. Si prudens es animus tribus
 t̃pibus dispense: presentia ordina: futura prouide: preterita re-
 cordare. Nam qui nil de preterito cogitat perdit vitaz: qui nil
 de futuro p̃meditat in oĩa incautus incidit. Propone autẽ aĩo
 tuo ⁊ mala futura ⁊ bona vt illa sustinere possis ista moderari.
 Non semp in actu sis sed interdũ aĩo tuo requies dato: vt requi-
 es ipsa pena sit sapientie studijs ⁊ cogitationibus bonis. Nam
 prudens nunq; ocio marcet: aliqñ animũ remissum habet nõ
 quã solutũ. Accelerat corda plura expedit dura mollit: ardua ex-
 equat. Scit enĩ quid qua via aggredi debeat: ⁊ cito singula ⁊ di-
 stincte videt. Consilia preteritorũ ex apertis obscura estimat: ex
 paruis magna: ex proximis remora: ex partibus tota. Ad te mo-
 ueat dicentis auctoritas nec quis: sed quid dicat intẽdito. Ad
 q̃ multis sed qualibus placeas cogita. Id quere qd̃ possis in-
 uenire: id discere quod possis scire: id opta quod optari corã bo-
 nis p̃ot. Nec altiori te rei imponas in qua stanti tibi tremẽdũ:
 descendentem cadendũ est. Tunc cõsilia salutaria tibi aduoca cũ
 tibi alludit vite huius prosperitas: tunc te velut in lubrico reti-
 nebis ac sistes. Nec tibi dabis impetus liberos: sed circũspicies
 quo eundum sit ⁊ quousq;

¶ De Magnanimitate.

Magnanimitas vero que ⁊ fortitudo dicit̃ si misit animo
 tuo cum magna fiducia viues liber: intrepidus: alacer.
 Magnũ humani animi bonũ est nõ tremere sed constare sibi ⁊

finem huius vite intrepidū expectare. Si magnanimus fueris nunquā indicabis tibi contumeliā fieri de inimicis: dices nō nocuerunt mihi sed animū nocēdi habuerūt. Et cū illos in prāte tua videris vindictā putabis vindicare potuisse. Scito enim magnū vindicte genus esse ignoscere. Aeminem susurro appetas: neminē suffodias: palam egredere. Non geres conflictum nisi indixeris. Nam fraudes ⁊ doli imbecillū decent. Eris magnanimus si pericula nō appetās vt temerarius: nec formides vt timidus. Nam timidus non facit animū nisi reprehensibilis vite conscientia.

De Continentia

Continentiam vero si diligis: circūcide superflua et in arctum desideria tua constringe. Considera tecum quā tum natura poscat: non quantū cupiditas erperat. Si cōtinēs fueris vsq; eo p̄mes vt te ipso contentus sis. Nam qui sibi satis est cum diuitijs natus est. Impone cōcupiscentie tue frenū. Omniaq; blandimenta que occulta voluptate animū trahunt rejice. Ede citra cruditatez: bibe citra ebrietatem. Obserua ne in cōuiuio vel in qualibz vite cōmunitate quos imitaberis dānare videaris. Nec p̄sentibus delicijs inherebis: nec desiderabis absentes victus tibi ex facili sit: nec ad voluptatē sed ad cibum accede. Palatum tuū fames excitet non saporēs. Desideria tua paruo redime: quia hoc tantū curare debes vt desināt. Atq; ita quasi ad exemplar diuinū compositus a corpore ad spiritū quantum potes adducere. Si continentie studes: habita nō amene sed salubriter. Nec dominum notum esse velis a domo: sed domū a domino. Nō tibi affingas quod eris. Nec quod es magis q̄ es videri velis. Hoc magis obserua: ne paupertas tibi imunda sit: ne parsimonia sordida: nec simplicitas neglecta: ne leuitas languida. Et si tibi res imūda sit ne parsimonia sordida ne simplicitas neglecta: leuitas languida. Et si res tibi exigue sunt: nō tñ anguste. Nec tua desistas: nec aliena mireris.

Si cōtinentiā diligis turpia fugito anteq̄ accedāt. Nequaquā
altū vereberis plus q̄ te. Oīa p̄ter turpitudinē crede tollera
bilia. Et verbis quoq̄ turpib⁹ abstineto: q̄ licētia eorū impuden
tiā nutrit. Sermones vtiles magis q̄ facetos ⁊ affabiles ama.
rectos potius q̄ obsecūdantes. Miscebis interdū serijs iocos:
sed tēperatos ⁊ sine detrimēto indignationis ⁊ verecūdie. Naz
rephensibilis risus est si imodicus: si pueriliter effusus: si muli
ebriter fractus. Odibilē quoq̄ facit risus: aut superbus ⁊ elat⁹
aut malignus: aut furtiuus: aut alienis malis euocatus. Si er
go tēpus iocos erigit: hos quoq̄ cū dignitate sapiētē gere: vt
te nō grauet quicq̄ tanq̄ asperū: nec contēnat tanq̄ vilē. Non
erit tibi scurrilis sed grata vrbānitas. Sales tui sine dēte sint.
ioci sine vilitate: risus sine cachino: vox sine clamore: incessus si
ne tumultu. Quies tibi nō desidia sit. Et cum ab alijs ludi: tu
sancti honestiq̄ aliquid tractato. Si cōtinens es adulationes
euita. Sitq̄ tibi tam triste laudari a turpibus q̄ si lauderis ob
turpia. Letior esto quotiēs displices malis: ⁊ maloz de te existi
mationes prauas: verā tibi laudationē cōscribe. Difficilimū cō
tinētie opus est: assentationes adulatorū repellere: quoz sermo
nes animū quadā voluptate resoluunt. Nullius per assentatio
nē amicitia merearis. Nec ad tuā promouendā per hanc aditū
alijs pandas. Nō eris arrogans: nō audax. Submittes te nō p
hicies gravitate seruata. Admoneberis libēter: rephenderis pa
tietē. Si meriro te obiurgauit aliquis scito q̄ profuit: si īmeri
to scito q̄ prodesse voluit: nō acerba sed blanda timebis verba.
Est vitoruz fugax ipse. Alioz vero nec curiosus scrutator: neq̄
acerbus reprehensor: sed sine exprobratione corrector: ita vt am
monitionē nihil: hilaritatē premas: ⁊ errozi facile veniaz dato.
Nec extollas quenq̄ nec eicias: Dicēti est tacitus auditor: au
dienti p̄mptus receptor. Requiriti facile responde: Cōtenden
ti facile cede. Nec iniurgia exercitationesq̄ descondas. Si cōti
nens es: et animi tui motus et corpis obserua ne indecori sint.
Nec ideo illos contēpnas q̄ latent. Nam nihil differt si nemo

videat cū ipse illos videas. Mobilis esto nō leuis: cōstans non
 pertinax alicuius rei sciam te hēre nec ignotū sit nec molestum.
 Oēs tibi pares facies: si inferiores supbiendo nō contēpnas: si
 supiores recte viuēdo nō timeas. In reddenda officiositate ne
 q; negligens neq; exactor appareas. Cunctis esto benignus: ne
 mini blandus: paucis familiaris: oibus equus. Seuerior est iu
 dicio q̄ sermone vita q̄ vultu. Ultor clemens: seuitie detesta
 tor. Fame bone neq; tue seminator: neq; aliene inuidus. Rumo
 ribus criminibus minime credulus sed potius malignis: que
 per speciē simplicitatis ad nocendū aliquibus subrepūt opposi
 tissimus. Ad iram tardus: ad misericordiā pronus: in aduersis
 firmus: in prosperis cautus ⁊ humilis: occultator virtutū sicut
 alij vitioꝝ. Vane glorie contēpor: ⁊ bonoꝝ quibus p̄ditus non
 elatus ostensor. Nullius imprudentiā despicias. Rari sermōis
 ipse ad loquendū paties. Seuer? ac seruis sed hilaris nō asper
 nans. Sapientie cupidus ⁊ docilis. Que nostri sine arrogancia
 postulanti impartiri. Que nescis sine occultatione ignorantie
 tibi postula impartiri.

De Justicia.

Iusticie post hec opus est. Quid est autē iusticia: nisi natu
 re tacita puentio in adiutoriuū multoꝝ inuenta. Et quid
 est iusticia: nisi nō solū nostra cōstitutio sed diuina lex ⁊ vincu
 lū societatis humane. In hac nō est qd̄ estimemus quid expedi
 at: expedit enī quicquid illa dictauerit. Quisquis ergo hanc se
 ctari desiderans: time prius deū si illū in hoc imitaueris vt ve
 lis oibus prodesse nulli nocere: ⁊ tunc te iustū virū appellabūt
 oēs sequentē venerabunt ⁊ diligēt. Iustus enī vt sis nō solū nō
 noceris: sed etiā nocentes phibebris. Nam nihil nocere nō est
 iusticia sed abstinētia alieni est. Ab his ergo incipe vt nō aufe
 ras ⁊ ablata alijs restitue vt ad maiora proueharis. Raptor: esq;
 ipsos ne alijs timēdi sint castiga ⁊ cobibe. Ex nulla vocis ambi
 guitate cōtrouersiam neces: sed qualitātē animi specularē. Ai
 bil tibi interlit an firmes an iures. De religioē ⁊ fide scias agi

vbicūq; de veritate tractat. Nam et si iureiurādo deus nō inuocet et nō inuocāti testis est: tñ nō trāsies veritatē ne iusticie trāsies legē. Qd si aliqñ cōtigerit mēdacio vri: vttere nō ad falsi sed ad veri custodiā. Et si cōtigerit fidelitatē mendacio redimere nō mētueris: sed potius excusabis te: qz vbi honesta causa ē iustus secreta prodit: tacēda enī tacet et loquēda loquit. Atq; illi ita apta pars est et secura trāquillitas: dū alij a malis vincunt: ab illo mala. Nec ergo si studere curaueris lectus et intrepidus cursus tui finē expectans prospicies: tristitia huius mūdi hilarē tumultuosa quietus extrema securus.

¶ Quo harū virtutū sit moderanda mensura. Hijs ergo institutōibus hec quatuor virtutū species profectū te faciet virū: si in mensura rectitudinis earum equo viuendi finem seruaueris.

¶ De mensura prudentie.

¶ Nam prudentia si terminos suos excedat: callidus et pauidus cunctis eris inuestigator: latentium et scrutator: qualicumq; norarū ostenderis notaberis timidus: suspiciosus: aut tētus: semp aliquid querens: semp aliquid puincens: et qui subtilissimas suspiciones tuas ad deprehensionē alicuius impingas admitti monstrabis digito astu plenus: versipellis et simplicitatis inimicus: cōmendatorūq; culpaz: et postremo vno noīe a cunctis malus homo vocaber. In has ergo maculas prudentia immoderata perducet. Quicumq; in illa mediocri lance p̄sistit: nec obtusum in se habet aliquid nec versutum.

¶ De moderata fortitudine.

¶ Magnanimitas aut si se extra modū suū extollat: facit virū minacē: inflatū: turbidū: quietū: et in quascūq; excellentias dictorū atq; factorū neglecta honestate festiū: qui momentis oībus supercilia subrigens vt bestiarius etiā quēta excitat aliū ferit: aliū fregit. Sed quis audax sit impugnator: tñ multa ex se valentia ferre nō poterit: sed aut miser appetit finem: aut erūnosam sui memoriā derelinquit. Mensura ergo magna

nimitatis est nec timidū esse hominem nec audacem.

¶ De modo temperantie.

¶ **C**ontinentia deinde his terminis te astringat. Cave ne parcus sis: ne suspiciose et timide manū nō trabas: nec in minimis speculā ponas. Nam talis et tam circūcisa pudebat integritas. Hac ergo mediocritatis linea cōtinentiā observa: bis: vt nec voluptati deditus: prodigus: et luxuriosus appareas: nec auara tenacitate sordidus aut obscurus existas.

¶ Quibus terminis sit mutāda iusticia.

Iusticia postremo eo mediocritatis tenore tenēda est: ne ductū iugiter leui imotā semp aī rōnem negligētia subsequat: dū neq; de magnis neq; de mīmis errantiū vitijs cor: rigēdi curā geris: sed licentiā peccādis: aut alludētib; tibi blādes: aut illudētibus proterue pmittis. Neq; rursus nimia rigiditate et asperitate: nihil venie aut benignitatis reseruās societati durus appareas. Ita ergo amabilis iusticie regula tenenda est: vt reuerētia discipline eius: neq; nimia negligentie cōitate despecta vilescat: neq; seueriori atrocitate durata gratiā humane amabilitatis amittat.

¶ Conclusio predictoy.

¶ **S**i quis ergo vitā suā ad vtilitatē nō tantū ppriā sed et multoy inculpabiliter ascisci desiderat: banc predictay virtutū formulā pro qualitatibus tempoy: locoy: personay: atq; causarū recto tramite teneat: vt velut in quodaz meditullio sūmiratis insistēs: quasi per abrupta altrinsecus p̄cipicia: aut ruentē cōpos esse deuitet insaniā: aut deficientē cōtēpnat ignauiam.

¶ Explicit liber Senecę de quatuor virtutibus.

In
1292

178

179

180

181

182

183

184

185

186

187

188

189

190

191

192

193

194

195

196

197

198

199

200